Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

exercende memorie gratia · quid quoq; die
dixerim audierim egerim commemoro
uesperi · hee sunt exercitationes ingenij
hee curricula mentis · omnibus in hijs
desudans atq; elaborans corporis uires
non magnopere desidero : adsum ami
cis · uenio in senatum frequens · ultroq;
offero · res multum & diu cogitatas easq;
tueor · animi · non corporis uiribus · quas
si exequi nequirem · tamen me lectulus
meus oblectare & · ea ipa cogitantem · que
iam agere non possem · sed uit possit facat
aucta uita · Semper enim in hijs studijs
laboribusq; inuenti · non intelligitur
quando obrepat senectus · Ita sensim sine
sensu etas senescat · nec subito frangitur sed
diuturnitate extinguitur · Sequitur etia;
tertia uituperatio senectutis q̃ eam dicunt
carere uoluptatibus · O preclarum mu
nus etatis · si qdem id auffert a nobis · quod
est in adolescencia uiciosum · Accipite
enim optimi adolescentes ueterem oratio;